Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

11

discipulorum · quanec dum perfecta dicta
uel acta ipsius capere poterant longanimiter
ferebant; Vnius erit cubiti latitudo arcae ·
Ad dispensationem ipsius dominicae carnis ·
qua electos suos indo adunare curauit;
Unde & pro eis supplicans patri dicebat; Non
pro his autem rogo tantum · sed & pro eis qui cre-
diturri sunt per uerbum eorum in me; ut omnes unum
sint · sicut tu pater in me · & ego in te · ut & ipsi
in nobis unum sint; Et paulo post. & notum feci
eis nomen tuum · & notum faciam · ut dilectio quame
dilexisti in ipsis sit & ego in ipsis; Habebat
post unum cubitum & hic semissem · Uidelicet ob
significationem nrae fragilitatis quanec dum
in hac uita posita perfecte uel ipsi dm diligere ·
uel dilectionem quam erga nos habet dr conprehen-
dere sufficimus; Quin potius sicut apostolo teste
ex parte cognoscimus · & ex parte prophetamus;
Ita nimirum & hic ex parte diligimus; Habet
ergo arca unum cubitum habet & dimidium · quia dis
unicanos pietate sibi ac patri associando diligi ·
& nrae quoq; capacitatem dilectionis qualiscumq;
in hac uita esse potest · aeque pia benignitate
complectitur · donec ad eius uisionem · ubi eum